

P R D



1 2 6 2 1 3

Jakobinus Andreas Müller,
Conrad. Halle. M.
April: 1670.

Nr 60

INDEX HORUM MISCELLANORUM MEDICORUM.

- I. Questiones cum conclusionibus ac problematis p. N. Candita,
tis Doctoratus i. De Phrenitide.
II. de Epilepsia
III. De Apoplexia
- II. Thematista medica de morbis contagiosis, De Scorbuto, De lacero
de sepiatibus excipite, & evacuationum generibus, sub
D. Pencero i. M. Alberti
2. M. Leeman
3. Drachstedt
4. M. Connerding. Mittelb. f. 1574. IX Cal. May.
5. M. Heilandt.
- III. Propositiones de Hydrose
De Phrenitide
De Meuritide, sub D. Pencero, M. Summer.
- IV. Theses medicae de Vertigine. Paralyssi. Lingelinus.
Epilepsia. Convulsione. sub D. Schatone
- M. Fostellius
M. Storn
M. Torghmidt Marcellus Witteberg. L. 3. ob. f. 1600.
- M. Tanderus Plinius.
- V. De Catarro, De Sangvinis per Typhum rectione, De Afflma-
te, Dysenteria sub D. Hellentacchio, M. Schultetus, Witte,
M. Gelyen Witte,
M. Sennert 1623.
- VI. De Cabarri natura ejusq; curacione ex nobis. Julij
Schmid Heidelberg. f. 1608. sub D. Lucio M. T.
- VII. Medica Fabretis in Caustas, siena amotionemq; respi-
tidor ex labis sub D. Schröterzo Lonerus, Fenestris.

XIX De statu & praeficatione de ottentium protocatione sub
D. Tandero. Krö. Hettenbach & St. Cademanni Witte,
de terea A. 1614.

X. Diferentia Natura & Cura Janicini. Basileæ. Anno 1616.

X. Praeficatione Unde Curatione Vtus in Baumflugh Unde
Rothi Rur. D. Hartm. Lippes. Anno 1601.

XI Tractatus de Artibitide Kobreiteri. Leucopetrae
Anno 1563.

XII De Podagra & Cheiragra sub D. Hettenbachio. ~~Leiden~~
~~1614.~~ M. Paulus Reinholz, S. Gaffenbergius Witte.
Leiden. J. 23. Augusti. Anno 1605.

XIII. De Signorum discretione sub D. Coco Paulus Rein;
Solon. Anno 1601. Witte.

XIV. Disputatio Pathologica secunda sub D. Varo
Nesslerus. J. 16 Aug. Jenæ. Anno 1607.

Manu scripta sequuntur.

XV. Theses Medicæ, quibus quo morborum Tempore
puroandum sit explicatur. sub D. Sennertio M. Pau;
lus Reinholz. Witte. Anno 1602.

XVI. Regimen Contagij orassantis D. Reinholzus; ist
Anno 1602.

XVII. De Sulcibus. Anno 1601.

F. I. S. L. I. S.



σωδεχιάτρεψ τελιμοθίσω

11X. 8

De

MATRICIS PRÆ- FOCATIONE

De

MENSİUM PRO- VOCATIONE

Gymnasmata medica

S U B P R Ä S I D I O

TOBIÆ TANDLERI, PHILOS: ET
MED. DOCTORIS AC PROFESSORIS

ordinarij,

In Illustri ad Albin Academia,

Pro suprema artis Apollinæ laurea,

Publicè respondendo subibunt,

Ita sortis arbitratu collocaui,

ANTONIUS KRÖS DRESDENSIS,

BALTHASAR HETTENBACH VVITTEBERGENS.

MAUGUSTUS CADEMANNUS DRESDENSIS.

In Auditorio magno horis matutinis ac pomeridianis,

Ad d. 1. Aprilis A. C. 1718. Idc. XIV.

V V I T T E B E R G A E,


Ex Officinâ Typographicâ Iohan. Gormanni.

MATRICES PRE
ELOGATIONE

MENSURUM PRO
ELOGATIONE

TORIBIE TANDELLI PHILOSOFI
MED: DOCTORIS AC PROFESSORIS

ANTONIUS KROZ D: SEBASTIANUS
BERTHASAR HETTNERVACH V: LITFAERGEM
M VINCENZUS OADEMANUS DRESSENUS



Σιω θεώ

ΣΚΕΨΙΣ

ΠΝΙΓΟΣ ΤΣΤΕΡΙΚΗΣ.

Mirum dirumq; cum sit foeminarum
παράγοντα, quod ex inopinato s̄ape sanas
& hilares invadit, et jam inter convi-
via & choreas , ac subito sensum,
motum & anhelitum videtur adime-
re, quasi divinitus perculsæ morentur : ideoq;
propter occultiorem causam plurimis in admiratio-
ne est, medicumq; si tale malum citò , jucundè,
Facile potest amoliri, vulgo commendatiorem &
honorabilem reddit : ideo placidam de hoc , quod
hyeme quoque frequentius esse solet , Medicinæ
candidatis collationem offerimus ac pollicemur.

De


NATURA, CAUSIS, AC SIGNIS
UTERINÆ PASSIONIS.

Respondebit

Antonius Krös Dresdensis.

A 2

Thema I.



THEMA I.



Vem nomine generis aliqui designant
Uterinum affectum, HIPPocrates
usque inā, quod alijs graviora & periculosa
moveat symptomata, rectius à parte lesā &
superveniente effectu, Graci usque inā mīya n
ἀπνοια, Latini matricis aut uteri strangula-
tum, præfocationem, suffocationem, spirationis ab utero
privationem; minus verò convenienter uteri recursum ad
superiora Paulus, quod & Germani imitantur, nuncuparunt.

I I.

Relictis verò aliorum descriptionibus, quæ vel alieniores,
ut hac Missionis: ή τῆς μητρός απόπνιξι δέν θήσεται το
πνεύματος ουκ πάση ηεμία, &c. quæ magis Apoplexia con-
venit, quam suffocationi hysterice; vel angustiores, ut illa Pau-
li & Aëti, quod sit uteri recursus ad si periura, sive ascensus:
cum sine hoc quedam fiat: vel illegitime, qualis Altimari &
aliorum, qui vocant intemperiem frigidam, licet hac paulatim
contrahatur, illa vero subito fiat, & aliquando subito recedat:
nobis hæc suffocationis definitio magis arridet: quod sit uteri
refrigeratio, à vapore maligno, partes principes ac totum cor-
pus ferente, propter obstruktionem vasorum, in quibus gene-
rationis principia, justè diutius retenta corrumpuntur.

I I I.

Elucent ex hac affectionis hujus natura, locus prima-
riò laborans, causarumq; diversitas. NATURÆ prefoca-
tio-

tionis uterinae quenam sit, hinc patet. Quamvis enim nonnullis morbus in situ vel figurā censeatur, ob matricis perversionem vel contorsionem, nunc sursum vel deorsum vel ad latera factam: perpetua tamen hac non est, & potius causam quam ipsum effectum designat.

I V.

Melius itaq; statuitur symptoma qualitatis tangibilis mutate, cum sit refrigeratio non solum uteri, sed totius aliquando corporis, et jam tam insignis, ut agre dignoscatur à defuncto. Quin et jam symptoma lēsa functionis dici meretur, ob sputam excreticis actionem.

V.

Locus in hoc pathemate principaliter ac radicaliter aggrotans, cui neōtōs et jam curatio debetur, est Uterus vel Matrix, Gracis uiraea, quasi benigna animantium mater ac vita fons, quandiu sanā fuerit: uel usq; quasi viscerum postrema, quod sit omnis illuviae receptaculum; ac nisi mature detur exitus, plurimorum quoque morborum scaturigo, mortisq; saepius causa fieri possit.

V I.

Afficitur porrò matrix tūm quoad sua vincula & vasa implantata, que vel sanguinem vel semen immittunt, tūm quoad substantiam totam, quam Natura partim nerveam & membranam, partim carneam constituere voluit, ut & dilatari profatus incremento, vel sanguinis affluxu; & corrugari iterum contentis ex lusis possit.

V II.

Primariò tandem uterum sic laborare, colligimus è multiplici feminarum respectu vel etatis vel vita conditionis, differentia. Virgines enim viripotentes, in primis si casta fuerint ac pudicae, propter seminis ubertatem; nec non viduae propter vitam celibem, tale malum facile incurront: Ut & prae-

gnantes, licet rarius, attestante Hippocrate s.l.i. de morb. mul.
ac puerpera, quibus mensura vacuatio parcior est: quinetjam
nonnullae maritae, precipue steriles fuerint.

VIII.

Quamvis autem plura in hysterics membra compati-
antur, ac sapè manifestius torqueantur, ut ventriculus ob eru-
ctionem, morsum, naufragium; diaphragma, cum respirationis
difficultate; Cor, ob animi deliquum vel syncopen; gut-
tatur, ob musculos impeditos; cerebrum propter deliria, mo-
tus involuntarios, vel sensus ac motus interceptionem: hac
tamen omnia & ceteros & per consensum ita conflictari, ab ha-
bitu putrido ac virulento, nunc per venas, nunc per arterias,
nunc per nervos ascidente, certissimum est.

IX.

Causarum vero quenam proxime vel remotè refrigerationem uteri & corporis universitatem producere posset, ut inter prefocatam ac demortuam difficultate sit discretio; per-
scrutari maxime est opera pretium, siquidem hoc tam nos in
vera scientia, quam in opere curationis certiores efficit. Sic
itaque causarum quasdam antecedentes, & vel remotas vel
propinquas; quasdam conjunctas arbitramur.

X.

Remotioribus externis, quas negligenter vocant, an-
numerantur aeris frigiditas, spiramenta corporum constring-
gens, superflua humiditates intrò pellens, & evaporationem
impediens: cibi potusq; multi uido, humores augens. Nam
sine Cerere & Baccho friget Venus: alimenta crassioris ac
pravi nutrimenti, quæ facile obstructiones inducunt; ac dul-
cia, quæ delectando spiritus & humores commovent, & ascen-
dere faciunt, hinc unde uterus sursum revellitur: quod ipsum
grati quoque odore superius admoti præstant: vini poten-
tioris, quod odoriferum & vaporosum, potus, humores pe-
netran-

nebrando & elevando : quorsum non minus spectant nimia
inedia , vigiliae longæ , exercitia immodica , ut saltatio-
nes , cursus ad acclivem vel declivem locum ; & gravio-
ra animi pathemata , velut ira ac zelotypia secundum
Montanum . Consil . 311 . somnus contra prolixior , quies
indebita , frictionum , balnei , Veneris & neglectus , excre-
menta cumulando , plurimum conferunt .

X I.

Propinquioribus internis , vel ut ab aliquibus dicun-
tur , Evidentibus assignantur , ut efficients quidem cause
frigida corporis dyscrasia , cuius interventu superfluitatum
resolutio denegatur ; angustia pororum , quibus evacuatio
mensium succedere debebat ; uteri ariditas secundum Hippocra-
tem ; propter obstructa vasa , que sanguinem deferre potes-
tant : hinc siccatus contrahitur uterus ; ut materiales verò
semen & sanguis menstruus : quorum retentionē sequi-
tur incrassatio , refrigeratio , corruptio & in viro sam substantiam
degeneratio . Nec interim , putridos in utero humo-
res vel matricis inflammationes aut ulcera , ceu recentiores
annotarunt , prefocationis causam videlicet balitus , suppedita-
tare posse , diffitemur .

X I I.

Quid verò , quod aliqui neotericorum , contra veterum
placita , semen bujus affectionis causam negant ? quod bu-
jus conservatio sit potius sanitatis , quam aegritudinis medium ;
veluti Mercuriali videtur : quod à nobilissimo & elaboratissi-
mo seminis corpore tantillo , tanta malignitas expectanda non
sit ; quod idem vas proprys inclusum non putrefaciat , cum sit
ab excrementis liberum , ac potius in nutritionem vasorum
cedat : quod denig scropulosus sit , aut inter somniandum red-
datur , & utero excludatur ; aut in matrice retentum potius
erosionem , quam suffocationem producat .

XII. Verum,

Verum, si vel maxime priscorum autoritati parum sit
tribuendum; nihilominus retentionem seminis plurimum fa-
cere ad prefocationem tam quotidiana convincit experientia,
quam legitima Ἑραπότεως norma, vel ab ipso Galeno demon-
strata. Quis enim observationum medicarum vel mediocri-
ter gnarus, non animadvertisit, viduas, quae cum probè fuerint
antea purgatae, virorum concubitu letate, sapiusq; pepererint,
nunc vero talibus private, frequenius fieri hystericas? ha-
rumq; subita ad sanitatem restitutio, nonne sequitur ad retenti
seminis e matrice provocationem?

Nec tanta vis ratiunculis allatis inest, ut nos a veterum
sententia deturbent. Seminis enim conservatio, si naturalis
est, ceu sanitati conductit: ita prater naturam, si fuerit diu-
turnior, corpori sit onerosa & vicia. Quo nobilius etiam
semen est, eo perniciosius ac virosius efficitur putredine. Ma-
xime vero famineum, quod, siquidem frigidius ac humidius
est masculino, corruptioni minus resistit; sed faciliter cor-
rumpitur, ac malignis evadit, in primis in corpore cacoehymico
& excrementorum receptaculo matrice. Non solum vero in
utero depravari potest, sed etiam in vasis obstructis: quando-
quidem longinquitate temporis nativus calor exhalat, ac ma-
teria seminis in virulentum ichorem degenerat. Neque vero
semper, ubi copia peccat, per gonorrhœam exoneratur. In
virginibus enim pororum angustia; in viduis plerumq; va-
sorum oppilatio viam intercludit. Neque semen in utero vel
vasis reservatum licet putrefact, inflammationis aut erosionis
causam prebere potest: quia non redditur calidius, sed potius
frigidius; & non consistit in ea parte, in qua collectionem vel
tumorem præter naturam efficere possit.

X V.

Multò verò minus evinci potest tām gravem & periculōsum affectionē à tantillo seminis corpusculo non oriri posse. Quamvis enim sit exiguum, & in uno corporis loco, matrice videlicet, remaneat, quantum tamen, si prolificum fuerit, ad imprægnationem conferat: & quantum et jam, si vitiatum, turbarum ac molestiarum universo corpori parere possit, ex alijs non difficulter conjiciendum. Quis enim, quod phalangi morsus, vix notabilis; quod scorpionis ictus, velut acu factus; quod rabidi canis saliva, leviter cuti communicata; quod marine torpedinis ingens porestas in totum corpus vires maximas exerant, ac se vim acieant symptomata, experientia refragatur? quis magnetis ad ferrum alluciendum desiderio verè admirabili, contradicit? Ecquis igitur, seminis &c. Quidam asserunt, & in virulentiam commutati malignitatem corpori non exitiosam, præcipue si fuerit habile, pertinaciter affirmabit?

X V I.

Proxima demum vel continens uterina prefocationis causa, vapor est aut halitus è putrida vel seminis vel menstrui retentī substantia elevatus; vasa ac ligamenta matricis distendens, organa respirationis intercludens, spirituumq; modo vitalium, modo animalium transitum intercipiens. Unde tam varia & stupenda principalium viscerum aliarumq; partium succedunt incommoda: velut in signorum catalogo expli-candum.

X V I I.

Causis nunc absolutis, differentias hujus mali multiplices, que vel à forma, vel à subjecto, vel ab effidente, vel à tempore communiter petuntur, adjungere non est alienum.

X V I I I.

Formæ respectu, prout non solum uteri, sed universi

B

cor-

corporis refrigeratio censetur ; aliquando minor est : in qua sensus , motus ac ratio quidem supersunt , animi tamen deliquum , pulsus obscuritas , & respirationis difficultas molestas : aliquando vehementior , in qua sine sensu motuq; fœmina jacet immobilis , cum pulsu vel exiguo vel nullo ; nisi forsitan in medio pectoris minimum caloris ac pulsus innuatitur ; aliquando fœvissima , quando præter annotata symptomata , brachiorum quoq; & crurum fit contractio : velut Galenus l. prorrhet. com. 3. aph. 27. eam recenset.

X I X.

Subjecti respectu , nempe matricis refrigerata ; modo secundum totam afficitur substantiam à retenti spermatis depravatione : & tunc uterus non retrahitur , sed in suâ sede manet : modò secundum sua potius vincula & vasa , propter menses restitantes ; & tunc ob repletionem fit uteri revulsio , vasis & appendiculis à copia sanguinis aut craßioris , aut propter obstructionem referunt , dissentis , nunc utrinq; ; sic sursum nunc magis in uno latere , & sic ad latera matrix intorquetur .

X X.

Efficientis respectu , quidam strangulatus à menstruo non debitè excluso : quidam à semine p. n. detento ac vitiato provenit , ut diximus : quidam putridos et jam alios in matrice humores vel apostemata aut ulcera consequitur , ut aliqui recentiorum observarunt .

X X I.

Temporis ratione , quedam usquejuxta periodum servant , statog; tempore revertuntur , & quandoq; brevi durant : quedam periodica non sunt , ac nonnunquam diutius affligunt .

X X I I.

S I G N A porro cognitu necessaria sunt , tam diagnostica , quam prognostica . Diagnostica vel imminentem praefo-

ca-

cationis paroxysmum presagiant, ut huic occurrere valeamus: vel presentem ac declinantem determinant, ut eo melius amoliamur: vel hujus causam demonstrant; vel a cognatis affectibus, ne in legitimâ curatione aberremus, nec astantium columnas incurramus, distinguunt: vel deniq; præfocatas à defunctis internoscere docent.

X XII I.

Imminentis igitur ab utero strangulatus indicia sunt immoda seminis coacervatio aut mensum suppressio: quam sequitur plethora, ut hanc totius corporis torpor, laſitudo, refrigeratio, crurum segnities, hypochondriorum murmur, tremor ac dolor circa uterum; morsus oris ventriculi, cibifastidium, cordis tremor, animi deliquium, pulsus debilis, difficilis anhelitus, faciei fallor, oculorum compressio vel rubor, capitis dolor, somnolentia, mentis hebetudo, rerumq; ferè omnium oblitio & similia: quæ propter humores uteri, partim crudos, partim corruptos, & jam digeri ac moveri per totum corpus incipientes contingunt.

X XIV.

Praesentem arguunt, gravis ac profundus sopor, stupor sensuum, ac motus privatio, respirationis lesio, vocis intercep-
tio, crurum contractio, pulsus exigui, debiles, ac quandoq; propter causæ vehementiam penitus aboliti vel quiescentes: oculo-
rum tenebricosa vertigo, veloclusio, ut aperiri nequeant, ali-
quando delirium et jam, ob vapores putridos ad cor vel cere-
brum elevatos, ac spiritus vitales aut animales obfuscantes ac
perturbantes. Insuper alia, pro diversitate partium, quibus exi-
tiosus ille halitus communicatur, symptomata: velut thesis
octava docuit.

X X V.

Sed & declinantem signant affectum, si malæ rube-
scere incipient, oculi à multa gravitate recludi; si laxato-

matricis osculo locis muliebribus quedam humiditas elabitur,
ventris murmur ac strepitus cietur, uterus paulatim descen-
dit, & hysterica cum profundis suspirijs ad sensum & intel-
lectum redeunt.

X X V I .

Causarum signa non minus haberi facile possunt. An
enim restricti menses hujus agititudinis ansam præbuerint,
colligitur ex diutinâ fluxus muliebris præter solitum suppres-
sione, corporis gravitate, capitis repletione, sensuum debi-
litate, femorum, colli & oculorum dolore, mammarum turgo-
re (licet mulier negat gravida sit, negat pepererit) & ex uteri
vel sursum vel ad latera retractione. Prædominantis etiam
sanguinis, vel pituitosi dant argumenta corporis rigoribus, &
alia accidentia mitiora: bilio[n]i, motus promptior, & sym-
ptomata acutiora: melancholicus, moror animi, aliaq[ue] ma-
gis horrenda.

X X V I I .

Num verò semini visum dederit occasionem, dili-
gens symptomatum consideratio medicum docebit. Vehementi-
oria enim si fuerint omnia, ceu maxima respirationis difficul-
tas, vel ablatio, vocis privatio, pulsus cessatio, animi defectio,
sensus ac motus abolitio, subitusq[ue] casus; siq[ue] præcesserint vita de-
sidiosa, ciborum plurimi nutrimenti, vel calidorum ac flatulen-
torum usus, desiderat & vel consuetæ veneris intermissio, ut in
juvenculis, viduis, monialibus, & plethoricus mulieris à men-
struis ritè repurgat & habitus: omnino spermatis in utero pu-
tressentis retentio erit incusanda. Quod si concursus utriusq[ue]
principij malo fomitem suppeditet, plura, vehementiora &
diuturniora comitabuntur accidentia.

X X V I I I .

Cognatas tandem à præfocatione affectiones alias, ne-
veluti vulgo, sic etiam propter affinitatem medico imponant,
accu-

accuratè discernere multum refert, ut non solum in quib⁹ con-
veniant, sed etiam in quibus dissident, artificiosè conjiciat, ac
legitimam medicandi rationem assequatur.

X X I X.

Epilepsiam proinde simulat ὑστερὴ πνίξ, ratione con-
vulsionis, que hic aliquando particularis est uteri, vel etiam
extremorum, si gravissima: sed in eo differt, quod illa totius
corporis est spasmus, cum evidente motu & jaētatione, cum spu-
ma oris, & faciei pallore, sine sensu, sine intellectu, sine remini-
scientia, sine uteri motu: strangulatis contra corporis immobi-
litas, velut mortuis accidit; sensus ē puncturā vel pilis evallis
animadvertisit: sapient audiunt & intelligunt, et si voce de-
stituantur, actorum circa se sub paroxysme recordantur po-
stea, malas nonnunquam rubentes habent, praesertim in remis-
sione, de matricis ascensu conqueruntur, nec oris spumam fe-
runt, nisi lethalis fuerit affectus, & cum comitali complicat⁹.

X X X.

A poplexiam quoq; licet uterina passio emuletur, quo ad
sensuum ac motus lesionem: discriminat tamen intercedit, quod
illie sensus ac motus, ob cerebrum νέωτος affectum cum ratio-
nis offensione multo magis, quam hic, afficiantur. Sentiunt enim
hysterica puncturas, pilorum vellicationes ac digitorum intor-
siones: manu collo adducta suffocationem innuunt: à paroxys-
mo suas ipse passiones commemorant: corpus habent omnino
refrigeratum, citò nonnunquam liberantur, nisi severities affe-
ctus eas enecet, & neg. stertunt, neg. spumant ore, neg. transiunt
in paralysin, velut apoplectica, quarum corpora diutius quoque
remanent calidiora.

X X X I.

Cā alepsin etiam videtur imitari strangulatus, si quis
corporis tantum refrigerationem respiciat: at illa partes una
rigidas efficit, & oculos apertos omni visione, aures auditu pri-
vat: quorum contraria hic observantur.

XXXII.

Lethargum quoq; distinguunt ab hoc malo, lenta genera-
ratio, cum febre ac sterore, somno profundo, pulsus magno
& undoso: cum dolore capitis antecedente, rerum oblivione post
multos dies, quibus durat, consequente. Sed uteri passio se-
pius ex insperato ridentes ac ludentes adoritur, sine febre &
sterore, cum pulsu raro & obscurissimo, sine reliquis dictis.

XXXIII.

Syncopen à prefocatione diversam faciunt pulsus
plane cessans, sudor frigidus, color faciei lividus quasi cada-
verosus: & subitum ab odoratis auxilium. Prefocatis e-
nim pulsus languidus ac rarus superest, sudor nullus accedit,
facies pallida, vel tumida, vel rubicunda cernitur: sua veolen-
tia magis nocent, fatida succurrunt: ut inferius declarabitur.

XXXIV.

Venena vel assumpta venenata, ne quis in prefocatione
causam putet, arguunt ab ijs profecta tormenta, vomitiones,
unguium & extremitatum lvores, sudores frigidi, subsequens
icterus: quorum nulla sunt in strangulatis vestigia.

XXXV.

Mortuas deniq; ab hysterio, ne quis has illis propter a-
bolitam respirationem, pulsusque defectum (siquidem
τὸ ζῆν δῆτι ἐν τῷ ἀναπνεύματι ἐπέπνευμα, & Galeno ἀνοίκα
exactè nulla) non sine artis medica ignominia, conscientie vul-
nere & patientis periculo assimilet, ac libidine contra legem na-
ture destinet, quidnam verè discriminet, in vestigare medico
sit commendariſſimum. Constat enim experientia, quasdam
feminas hystericas, ut & viros apoplecticos jam feretro impo-
siteos, tumultuq; committendos, quorum vita jam desperata
fuit, ad se rediisse, vitamq; recollegisse.

XXXVI.

Quidam proinde praticorum, vitae vel mortis pre-
sen-

sentiam sic expiorant, penna vel lane carminata flocculo na-
ribus admoto, vel speculo bene terso ori superposito; vel poculo
aque pleno thoraci adhibiro. Si enim penna vel flocculi lane mo-
tus opertis fenestris, & aere, ab astantium secessu, immobili, mo-
veatur; si speculum ab occulta expiratione insciatur; si aqua
in poculo agitetur, vita reliquias colligunt: & è contrarijs mor-
tis certitudinem, propter abolitam thoracis, pro necessaria re-
spiratione, motionem.

X X X V I I.

Sed hec qualiacunque tentamenta, licet ablatam quidem
respirationem demonstrent, absentiam tamen vita non evin-
cunt. Hæc enim, si corpus alias insigniter refrigeratum, ca-
lorum, si exiguus, sine respiratione superesse potest in hysterici,
sola per arterias facta transpiratione, tunc ad vitam sufficien-
tes. Non aliter quam insecta, reptilia, muscae, angues, ranae per
hyemem rimis tabularum, cavernis arborum, vel aquis sese il-
latebrant, quasi mortua: sub vere tamen reviviscunt.

X X X V I I I.

Rectius igitur alia vita resistantis indicia sunt peten-
da, sive è pilorum avulsione, sive ptarmicis è pulvrisculo ellebori,
pyretbri vel aliorum acrionaribus insufflatis; sive penna in
aceto acerrimo scyllitico, in quo ruta incoxit, intincta, & na-
ribus immissa. Talibus enim si quid vita superest, expultrix
admodum sopita solet excitari. Quod si nihil hac etiam profe-
cerint, tutissimum est, praefocatam, sicut alias etiam apople-
cticos, ante quartum diem non sepelire. Sub hoc enim tempo-
ris intervallo vel delitescens anima spiritus iterum commo-
vet, & corpus illustrat: vel si secesserit, fetor, putredinis co-
mes, indubium dat mortis argumentum. Sic Lazarum quar-
to à morte die jam fatentem è tumulo Salvator ad vitam redi-
re juuit: ut miraculi veritas magis elucesceret, & omnis ca-
lumniandi occasio Iudeis præscinderetur.

De

De
PROGNOSTICIS ET
CURATIONE PRÆFOCA-
TIONIS UTERI.

NÆ

Respondebit

Balthasar Hettenbach
VVittebergensis.

THEMA XXXIX.



*R*arisimum & acutissimum symptomatum
sit m̄xi uscixn, quod aliquando paucas intra
horas mortem accelerat, ut & tractorum
decreta, & quotidiana fides experientia com-
probant: ideo consitum Rhassis lib. 9. ad Al-
mans. cap. 87. sequendum, & hoc malum sta-
tim, ut implicat, propellendum: ne cunctando & procris-
tinando curationis occasio elabatur, & gravissimis his acci-
dentiis oppressa mulier citius, quam remedia adhibeantur,
enecetur.

X L.

*Ad causas autem hujus affectionis, si medicus solerter
attendant, eventus presagia longè facilius predicere poterit, &
curationem felicius adornare. Benignior enim, que menstrui
sanguinis coibitionem sequitur: ideo perse nonnunquam &
cit*

cito solvitur, illas à sit respiratione, motuq; & sensu integris :
brevior et jam ac rarior, præsertim in habitu corporis pituitoso
obeso vel melancholico, & cuius venæ sunt ampliores.

X L I.

Prægnantibus et jam præfocatio rariū accidit, licet
menses subsistant. Fætus enim puriore sanguinis portionem
pro alimento & incremento absunit, reliquum sanguinis ad
mamas regurgitat, inibi melius pro generatione lacticis elabo-
randum. Nonnullis tamen gravidis, ut Hipp.lib. i. 28, ywac-
neow habet, eadem contingit vel ex vehementi labore, vel ine-
dia, utero incandescente & nimis inanito, vel ex pituita à capite
ad precordia descendente, vel ex pravò vita & regimine, vel anti-
quà uteri dyscrasia. sed talis et jam strangulatus levior est,
ac facilis discutitur. Quin et jam puerperas interdum aggre-
ditur, licet lochia procedant, ex humoribus commotis balitu-
sursum evolante.

X L I I.

Mulieri insuper hysterica sternutamentum superven-
iens bonum, teste Hippocrate & Galeno lib. 5. aph. 35. partim,
ut signum, partim ut causa. Signum quippe videtur naturæ,
quaे prius erat velut emortua, nunc iterū ad proprias motiones
excitata, & ad superfluitatum repurgationem reviviscens.
Causa verò vehementior est sternutationis concussus ad mali-
gnam illam auram, quaे tori corpori molestissima fuit, profi-
gandam. Quā explosa redit ad officium suum respiratio.

X L I I I.

Deterior verò solet esse illa vulvæ strangulatio, quaе semi-
nis coacervationem arg, corruptionem causam habet. Comi-
tantur enim hanc, licet uterus in sua sede maneat, animi deli-
quium, pulsus exilitas, respirationis ablatio: frequentior et jam
intensior ac diuturnior esse solet, maximè infeminis calidiore-
bus, utpote sanguineis vel biliosis, in quibus major eventationis
urget necessitas.

X L I V.

Sic itaque juniores salaces ociosae & in delicis educate virgines, maritae & steriles, viduaeque, & quibus alias venae strictiores sunt, sepius affliguntur: quandoquidem superflua geniturae portio legitimè ac tempestivè, prater naturæ cupidinem & consuetudinem non educitur, sed reservata, temporis longitudine quasi consernescit, emoritur, ac putridum virus, quod in universum corpus exhalat, adipiscitur.

X L V.

Pessima tandem judicanda matricis ista suffocatio, qua cum respirationis defectu diutius durat, aut syncopen ob vapores tetros, ipsum vitæ calorisq; nativifontem Cor infestantes, comitem admittit, aut insinuat comitialis morbi, sua servat intervalla, vel cum spuma ad os destuente, comparet. Hujusmodi enim, quod à practicis observatum, plerumq; mortem accersunt.

X L V I.

Curationi hujus mali viam sternunt indicationes, qua potissimum triplices: curatoria, præservatoria & vitales.

X L V I I.

Curatoria petuntur ab affectu presente, & hujus causa jam in actu constituta, sive peccet hec quantitate, sive qualitate, & vel manifesta, vel occulta. Quantitas enim humoris præter naturam redundantis auxilium poscit evacuans: qualitas naturæ onerosa, si fuerit evidens, alterantibus; si fuerit occulta & venenata, alexipharmacis expugnanda.

X L V I I I.

Præservatoria respiciunt eque materiam, que talis agritudinis somitem prestare potest, sive latitet in certa parte, sive jam in toto fuerit aggregata. Non minus enim vel alterando, vel purgando mitiganda: prout matricis et jam debilitas confortanda.

X L I X.

Vitales denique requiruntur indicationes ob vehementiam

tiam symptomatis urgentis, ac vires tam vitales & animales,
quam naturales proferentis. In id enim incumbendum unicè,
ne indulgentia vel negligentia Medici morbus nimium invale-
scat, virium robur opprimatur, ac patiens in extremum vite
discrimen adducatur.

L.

Curatio proinde maturius aggredienda: sed aliter sub ac-
cessionis instantia, quando vel strangulatui, vel convulsioni, vel
animo deficiente, præcipue urgentibus occurrentibus: aliter
quoq; soluto jam paroxysmo, sed causa nondum penitus amota.
Tribus verò presidijs utring; nempe Diæticis, Chirurgicis aut
Pharmaceuticis utendum.

L I.

Paroxysmo durante, Diæta sit extremè tenuissima: con-
venit enim vel omnimoda potius inedia & à potu abstinentia,
vel vomitus etjam: quam alimentorum ingestio.

L I I.

Mulieris hysterica positus non sit nimis supinus, sed cer-
vix ac scapula sede accliviore, femora cum inguinibus declivio-
re, collocentur, ut matrix ultrò deorsum vergat, & ichorum de-
scensus promptius fiat.

L I I I.

Chirurgicis auxilijs ascribenda sunt, venæ sectio, cucur-
bitularum applicatio, ligatura, frictiones, ventris ac hypochon-
driorum depressiones manus: vel constrictiones, latiore fascia
vel cingulo peractæ: delicationes partium variarum, inclama-
tiones, suffitus perfetida vel odorata, aliaq;: que nunc revul-
sionis humorum, nunc uteri in proprium locum reducendi gra-
tia usurpantur.

L I V.

Vena sectio ceu magnum remedium, etjam sub exacerbatione,
si sanguinis plenitudo, menstrui retentio, symptomatum

C 2 vebe-



vehementia & alia svadrebunt, omittenda non est; siquidem extremis morbis extrema remedia conveniunt, ut monet Hippocr. l. i. aph. 6. Referanda verò malleoli vena, prout matricis retractio innuit, modò dextri pedis, si in dextrum latus; modò sinistri, si in sinistrum; modo utriusq., si sursum illa inclinat. Intentio enim est, sanguinem vel materiam corruptam una cum vaporibus à supernis ad inferna derivare, superfluum immuere, & ne quid amplius elevetur, præpedire.

L V.

Minimè tamen attenta pblebotomia, si semenis corrupti vitio malum hoc oriatur. Quomodo enim illa semen educeret? nonne potius hoc à vasis spermaticis ad venas revocaret? & uterus educto sanguine magis infrigidaretur, vires ulterius deicerentur, antea satis languida: calorq. nativus, cuius ope frigidi vapores discuti debent, amplius aïs solveretur: animi quoq. deliquium, quod hysteris alias admodum familiare, intenderetur.

L V I.

Cucurbitula non raro vena sectionis vicaria fuit, interdum cum scarificatione. si fuerit opus: interdum sicca, & modò magna, cum plurima flamma infrà umbilicum hypogastrico; (vel illius vice vitrum capax cum cereo lyceno) modò gemina, femorum interna parti ad pectinem; modò coxis, cruribus aut suris causa derivationis, & ut uterus deorsum revoetur, applicantur.

L V I I.

Ligatura verò crurum tam suprà quam infrà genua strictiores ac dolorificæ, mox ab initio sunt usurpantes: quemadmodum quoq. frictiones in planta pedum vel crurum interior parte fortissima, vel cum linteolis asperioribus, vel ex acribus instituenda, videlicet cum sale & aceto, cum sinapi & aceto, cum nitro, vel oleo laurino. Talibus enim dolor excitatur, expultrix facultate.

facultas ante à sopita resuscitatur, corrupta materia ad desen-
sum proritatur, calor naturalis stimulatur, ad causę morbi si-
ce vaporumq; depulsionem.

L V I I I.

Proderit & hic fortis hypochondriorum constrictio, sive
cingulo, sive latiore fascia peracta: sic enim balituum via sur-
sum intercluditur. Quin et jam abdomen distent à manu deor-
sum impellendum, quod hysterica per se nonnunquam, ventri
manibus admotis innuant atq; conantur: id quod majore cum
fructu continget, si manus oleo laurino, rutaceo, anethino, de-
spica, de floribus aurantiorum prius imbuatur. Facilius enim
bis flatu discutiuntur, uterusq; sic impulsus descendit.

L I X.

Non parum quoq; juvant vellicationes aurium, narium,
capillorum, & in primis pilorum in pedibus vel pectine: digi-
torum praterea contorsiones, ut ita commoto dolore sensum re-
cuperet ægra balituumq; motus ad superiora pronus, in contra-
rium convertatur.

L X.

Auribus hysterica nomen proprium voce clarissima in-
clamandum, nonnulli bombardæ fragorem admovendum cen-
sent, ut sensus percellantur: naribus insufflanda mordacia pro-
sternutamentis irritandis, ut sunt pulveres sinapi, piperis, ca-
storei, rhabarbari, pyretbri, ellebori albi: sed his cautè, & non,
nisi capitis abſit repletio, ut endum. Quidam narium & oris
occlusionem suadent, ut spiritus ac nativus calor uniti, vapores
malignos fortius dissipent, uterumq; deorsum depellant. Diu-
tina tamen anhelitus retentio non sit, ne debilis ante a calor pe-
nitus extinguatur, ac fæmina suffocetur.

L XI.

Vulgus et jam graveolentia naribus adhibere solet, ut pi-
cem liquidam, asam fætidam, opo panacem, sagapenum, bitumē,

C 3 gal.

galbanum, sulphur, accensum, petroleum, oleum de gageate, oleum de cornu cervi : plumas perdicum combustas, que à proprietate commendantur; peninas caponum adusulas, lanas & lacinias combustas, corium vetus adustum, cornu capri ustum : quin et jam sordida quedam, teturum odorem spirantia, cœfuniculum extinctæ candelæ, cimices lectuarios, matulam cum loto veteri, vel alvi saburra : sed hec ob spurcitem & astantium oculis ingratam feditatem jure detestamur. Illa tametsi fatigatio suo pleraq. spiritu tam animales quā vitales sopitos excitant, excretricem facultatem impellant, soporem discutunt, & impetuose matricem perturbant : odore tamen virulento principalia viscera, cerebrum & cor, offendunt, fumis suis obnubilant, & syncopes & apoplexia periculum minitantur.

L X I .

Fructuosius proinde possumus applicare ea, que calefaciendo & laxando, crassos cerebri vapores attenuant, incident, dissipant, frigiditatem corrigunt, pulmones & thoracem expurgant : ut ruta viridis manibus contrita & cum aceto odorata : vel similiter thymus, pulegium, calaminta, origanum, conyza tenuifolia, odoratior, sinapi, trifolium asphalites & alia cum aceto trita ; vel ex his acria decocta naribus admota : sicut et jam acerum acerrimum, sive per se sive cum castoreo & sulphure in spongeia naribus objectum. Possunt et jam ex his formari pastilli, velut è peuce dano, costo, castoreo, galbano, cum terebinthina, petroleo, vel alio mistis, qui prunis imponendi profumo naribus immittendo.

L X I I .

Sed præcedentis utilissima celebrantur, castoreum naribus olfactiendum, vel et jam in potu dandum : siquidem flavum, cerasum & tenax quod fuerit, et jam acre est, quod olfactu sternutamenta cier, lethargicos & epilepticos excitat, nervosq. refrigeratos ac debilitatos calefaciendo restaurat: zedoaria, ore volvenda, secundum Gattinariam : Agarici drachma cum vino pro-

propinata, Galeno l. 9. de comp. med. n. 7. semen levisticī, radix
ostruthij masticata & paulatim deglutita : semen & succus
plantaginis cum vino ; vel acetum scylliticum absorptum. Hec
n. abdita natura & proprietate referantur hysteris auxiliari.

L X I V.

Svaveolentia verò vel insigniter odorata procul à naribus
prefocatarum absint : ideoq; nec Medicus has invisurus odo-
riferā poma, vel moschō infectas chirothecas secum portet. Il-
lius tamen generis odorem gratum spirantia naturalibus ap-
plicare nibil nocet : non equidem, quod uterū velut animal o-
doratis gaudeat ; sed quoniam odorata calida sunt & tenuium
partium, nativog; calorī & spiritibus amica: propterea laxant,
frigidos humores calefaciunt, crassos attenuant : intemperiem
uteri malignam corrigunt, vapores discutiunt, sopitumq; ca-
lorem ac spiritus recreant, augent, & cum humorū descensu
matricem revellunt.

L X V.

Sic itaq; Ladanum, styrax calamita, laserpitium, lignum
aloes, Cinnamonom, Caryophylli, macis, costus, amomum, asa
dulcis, crocus, ambra, moschus, zibethum, vel ex his concinna-
ta; Diambra, Gallia & alipta moschata, potenter operantur, in
forma nunc litus, cum oleis, Jasmino, nucis moschatae, de spica,
de petroleo, vel alijs, utero administrandi ; nunc pesti, cum bom-
baceo, vel syndone imponendi : nunc uterini clysteres, ex aquis
vel oleis odoratis infundendi : nunc suffitus per infundibulum car-
bonib. impositū immittēdi: agra tamen perforata sella insiden-
te, pannis optimè coniecta, & circa umbilicū, ligata, ne quid
odoris nraes attingat.

LXVI.

His nisi matrix relaxetur, & ejus illuvies eliciatur ; ad
pessaria non minus attrahentia deveniendum est : cuiusmodi
è detergentibus ac discutientibus confici solent, ut ex biera, be-
nedicta laxativa, è semine cūmini, ruta, & similibz, ut vel flatq;
malignos, vel semē corruptū evocent. Quo fine untrq; ex Y. & T. seu siphō vacuq,
uteri

uteri deorsum revocandi, & eorum, quae ibi praeter naturam detinentur, extrahendorum causâ.

LXVII.

Enitendum enim summoperè, ut scaturigo tanti mali avertatur, & è primo fonte repurgetur: maximè verò si sperma longiore morâ fuerit depravatum & in virus conversum. Hoc enim, quia corpori summè perniciosum, necessariam suâ cuationem poscit. Ideoq; nullum vel presentius vel potentius ad bujus emissionem potest esse remedium, quam honesta famina cum viro conjunctio, si modò vita conditio non refragetur.

L XVIII.

Quod si talem copulam vel in virgine vel in viduis honestas ac pudor non admittant; alijs in medium consulere modis, medico incumbit. In virgine quidem linimentis & emplastris matricalibus forinsecùs applicandis: in viduis autem suadent aliqui fricationem cervicis uteri, per digitos obstetricis, oleo odorato, scilicet irino, nardino, laurino, moschelino, de spica, inunctos factam: sic ut locus attritu incalescat, humor crassus attenuetur, & cum spirituum confluxu excernatur.

L XIX.

Hoc licet ut impudicum & sacro codici contrarium damnatur ab aliquibus: utpote cum seminis profuso temere facta, divinitus interdicta sit: estimandum tamen id e jam, necessitati & charitati christiana legem non esse positam. Consultius enim est, cum tali seminis irritamento vitam famine & servare, quam neglecto illo, perdere. Quid quod & hoc, quod spermatis nomine venit, animatum, amplius & prolificum non sit, sed virulentum, pessimumq; corporis excrementum, quod sevisissimorum affectuum, vel et jam mortis causam dare possit? Et quomodo nefas erit, quod invitit aut saltem nescientibus faminis cum ipsarum emolumento subrabitur, hoc amoliri? Nonne (largiatur hoc nobis de suo Augustinus) si non servasti

vafii ubi potueristi, occidisti? à morte v. vindicat, qui à veneno
liberat.

L X X.

Pharmacia, sub instantia paroxysmi vix locum invenit,
nisi quis ob causas antecedentes vomitu, suppositorijs, clysteri-
bus, pessis vel emplastris uti malit.

L X X I.

Vomitus, ubi vel pituita, vel crudus alius humor in ven-
triculo fluctuat, non inutiliter proritatur, modo per titillatio-
nem faucium cum plumula, oleo lilior. albor. tepido irrigata . :
modo per decoctum seminis raphani, anethi, cum ol. lilior. pa-
tientis ore aperto infusum: quidam agarici & cib cum oxymeli-
te propinant.

L X X I I.

Suppositoria vel glandes non solum communes alvi ma-
terias educunt, sed insuper vapores ac flatus ab utero revel-
lunt: ut si mel coctione inspissatum cum speciebus hiera & simpli-
cis & seminibus cumini, nigelle, viticis, pulverisatis, addito
et jam sale gemma, formetur instar glandis, oblongum & ro-
tundum, quod anno supponendum.

L X X I I I.

Clysteres eadem prestant, & quidem potentius, quia pro-
fundius intrant. Ex ijs vero conficiendi sunt, que nativum ca-
lorem refocillant, utero sunt amica, flatusq; frigidos discutere
nata: quorum in censu, bacca juniperi & lauri, herba cala-
mentum, pulgium, serpillum, ruta, fol. sabina, semina cumi-
ni, viticis, & similia: quoru decocto addenda hiera Logadij, be-
nedita laxativa, vel alia cum oleo rutaceo, cheirino & sale, etc.

L X X I V.

Pessaria non solum valent hic, attrahendi vi praedita ,
de quibus antea dictum , sed & alia , que concinnantur è
calidis , odoratis , & ad flatus absumentos potentibus ,

ut è ligno aloes, Cassia, Cinnamomo, costo, caryophyllis, Ladano, thymo, floribus anthos, semine anisi, ruta, cumini, aliptramo-
schara, galliamoschata, ambra, moscho, zibetho, cum oleo & ce-
ra quibz aliquando formatis vel sericum, vel sindon obducatur.

L X X V .

Emplastra vel Cerota matricalia parantur ex ijsdem,
nisi quod ea misceantur, que reliqua fortius uniunt & conser-
vant, ut gummi elemi, caranna, tacamahaca, galbanum, lada-
num, terebinthina, styrax liquida; quibus itidem pulveres be-
ne olentium & olea evoda, velut de cinnamomo, spica, angelici-
ca, aniso, Caryophyllis, &c. ammiscenda.

L X X V I .

Substituuntur his interdum cataplasmata ex herbis, fi-
lice, levisticu, nepeta, serpillo, pulegio, majorana, ruta, cala-
mentho, & è sicubus coctis & contusis, cùm oleis vel melle com-
missis: & umbilico imponuntur. Interdum litus è theriaca &
oleis sufficiunt; interdum sacculi è speciebus dictis conferciun-
tur, & intersuti calide supponuntur.

L X X V I I .

Cauterium denig, si premisis his remedij exacerbatio
prefocationis nondum cesserit, sed adhuc sensus ac ratio quasi
vinculis coercita detineantur, futura coronalis syncipitis admo-
vere nonnulli commodum censem: quod cautè tamen ac pru-
denter aggrediendum.

L X X V I I I .

Remittente verò accessionis vehementia, studendum ul-
terius, ut & reliquias materie & morbifacē destruamus, & occa-
sionem recidive preaveamus. Duplex autem cùm sit humor,
antecedentis causa rationem tenens, ut è superioribus liquet;
vel semen, vel sanguis menstruus, ob indebitam retentionis mor-
ram vitiata: idcirco medicatio quoq. variat. Aliter enim, si
genitura coercita peccet, aliter, si menses substituerint, hec or-
dinanda.

79. Se-

LXXIX.

Semen ubi temporis diurnitate venenosam indolem acquisivit, ideoq; corpori universo molestissima & spè dannosa infert, corrigendum, absundendum vel excludendum. Quibus omnibus scopis partim virtus ratio: partim chirurgia quedam presidia: partim pharmacia satisfacere possunt.

LXXX.

Dieta proinde requirit aërem natura vel arte temperatum aut frigidorem, cibos attenuantes, infrigidantes ac siccantes, vel parum nutrientes; ut lactucam, cucurbitam, pora tulacam cum folijs vel semine agni casti, ruta, dauci. Viten- tur edulia crassa ac legumina: carnes & ova multi succi, nu- cces pinee, amygdala, eruce, lacticinia: conversationes, can- tiones, & colloquia lasciva cum viris, vina fortia & crassa: il- cet austera & tenuia non penitus improbanda: vel potius aqua bordei saccharata, vel tenuis potus exhibendus, somnus sit mo- deratus, ac solito brevior, decubitus in latera super folijs agni casti, hyoscyami, mandragore, salicis, vitis, floribus violarum, nymphæ, &c. quies non nimia; sed exercitium potius forte matutino tempore ante cibum: & jejunia cum domesticis curis utiliora: sit & alvis vel natura vel arte mollis; legitima verò viri consuetudine nibil efficacius.

LXXXI.

E chirurgicis admiculis plebotomia non parum con- fert, aliquoties repetita, maximè si plethora fuerit & salax mulier: quia sic materia seminis futuri, ne tam copiose coacer- vetur, subtrabitur, nempe sanguis: & vasorum spermaticorum ardor, ne tam confertim alliciant, una cum sanguine refrigerato, alteratur.

LXXXII.

Cucurbitule non raro venæ sectionis locum supplant, in- ferioribus partibus apposita; sicut etjam fontanelle, si pertina-

cibimur & frequens sit affectus, cruribus affixa, ut ratione
venarum putores spermatis expirent.

LXXXIII.

Medicamenta pro semine minuendo, non adeò conve-
niunt nam quæcula, quæ sperma non evacuant, sed potius cum
alijs humoribus commotis exagitant; nisi quis blandioribus,
quæ abstergent & eluant, ut malit: ut pilulis alephanginis,
masticinis, de agarico, de biera, &c. ne sordium plus ad ma-
tricem confluat. Potius igitur alios quæ seligantur, quæ vel
überiorem seminis generationem prohibent, vel genitum exsic-
cant aut extingunt.

LXXXIV.

Semen gigni prohibent in primis infrigidantia, cœu se-
men lactuæ, portulacæ, papaveris albi, radix & semen nenu-
pharis, & hujus generis alia assumta: cicutæ folia trita & pe-
ctini superpositæ: campboræ odor mares et jam castrare dicitur:
Ultimarus insuper syrump è sanguinaria, acetosella, planta-
gine, portulaca, umbilico veneris, myrtillis, semen coriandri,
pap. albo, & alijs conficit, pro semine depauperando. Quin et-
jam pastillos & unguentum ejusdem intentionis describit, cap.
de seminis profluvio. Sunt, qui laminam plumbam perfora-
tam lumbis circumponunt, causâ refrigerationis.

LXXXV.

Semen autem genitum exsiccant vel absument præcipue
calida & sicca, veluti semen agni casti, ruta, cannabis, anethi,
cuminis, anisi: calamentha, salvia, mentastrum montanum, co-
stus, & alia: quorum vel pulvis cum aqua artemisia: vel pa-
stilli cum decocto ruta, vel alijs exhibendi. Secretum refertur
Job. Marliani, si Dauci & cum aqua arthemisia detur, ad
sperma exicandum.

LXXXVI.

Sed & origo tanti mali, Matrix, à sordium reliquijs o-
mnis

*mīnīd liberanda, & ne propter dyscrasiam denuō quid colligat,
vel corrumpat, confortantibus emendanda. Sordium proin-
de reliquias eluent clysteres lavativi ex hydromelite & melle,
vel alijs decoctis per siphonem infusi.*

LXXXVII.

*Confirmant uterum conserva florū antbos, Lavendu-
la, melissa, castoreum, confectiones Arom. caryoph. Diamar-
garit. cal. Diacalamentb. Diambra, Diamosch. Diatrion pi-
per, Elect. de gemmis, antidoti Theriaca, Mitbridatium &
similia: de quibus variae forme possunt efformari:*

LXXXVIII.

*Sed & extrinsecus adaptanda sunt ea, que vel discutien-
do vel calefaciendo, robur eidem aspirant, in forma sive litus,
sive sacculi, sive ceroti, sive emplasti, de quibus antea quoque
dictum.*

LXXXIX.

*Nunquam vero vel raro e manib[us] hysteriarum depo-
nenda sunt Pomacia e graveolentibus confecta, vel castoreum;
vel sapiūs ruta folia contrita naribus opponenda.*

X C.

*Menstruus sanguis præter naturam restrictus, ubi ma-
tricis strangulationem ciet exacerbatione sedata, non so-
lum alimentis convenientibus alterandus, sed & medicamen-
tis tam digerentibus ac purgantibus, pro bujuslibet humoris
dominio promovendus: imo venetalia apertione, pulveribus
ac decoctis appropriatis, infusionibus, & alijs provo-
candus. Verum de his sequens disputatio*

*prolixius edoce-
bit.*

D

De
M E N S I U M P R O.
V O C A T I O-

N E

Respondebit

M. Augustus Cademannus
Dresdensis.



Lurimorum quoque morborum,
veluti commune seminarium est indebita sanguinis menstrui retentio,
qua non solum utero, verum et jam
toti corpori maximas exhibit diffi-
cultates & incommoditates. Idcirco, siquidem
veluti cardo est cunctarum affectionum mulie-
brium, disquisitione dignum, quibus è causis tan-
ta naturalis motus perturbatio proveniat, & quibus
medijs è medio tolli ac removeri possit.

T H E M A I.



UÆ Gracis natuaria; Latinis menstrua, vel
menses appellantur, ob statam temporis periodum,
quam natura solet in excretione singulis mensibus
in estate maturâ mulierum, nisi quid obstat, obser-
vare. Germani propterea tempora, consuetudinem, vel ma-
lam

lam septimanam; vel et jam flores indigitant, quod velutiflos
fructum; sic mensum fluxus sobolis conceptum antecedat.

I I.

Sunt enim menstrua sanguinis excrementum superfluum,
a calore mulieris debiliore genitum, crudum quidem sed utile,
propter speciem conservandam, ordinatè secundum naturam
profuens. Excrementum statuit Aristoteles lib. 4. d. gen. ani-
mal. c. 10. & rectè quidem, cum neg. copia neque qualitate con-
veniat fæminæ, sed superabundet: cuius causa calor imbe-
cillior, qui concoquit quidem, sed redundans per halitum non
digerit. Et crudum, respectu seminis, quod melius elabora-
tum, censemur. Utile verò magis, quam aliae matricis fluxiones:
in primis speciei conservande, ut hinc in alimentum cedat. Or-
dinem denig. naturæ servat, nisi ab altero prepediatur.

I I I.

Impediunt verò mensum fluxum plurima; quedam na-
turalia, quedam violenta. Naturaliter ætas à menstrua pur-
gatione liberas efficit tam puellas ante annum 13. etatis: quia
tunc sanguis omnis in nutritionem & auctionem facebit, neg.
superflus ob caloris à prædominante humiditate remissione
producitur: quam vetulas post 50. annum vel circiter, ubi co-
piosior amplius non generatur, ob caloris defectum. Accedit
et jam singularis fœminæ dispositio calidior, ut in virginibus,
quæ cum sint carnosæ, laboriosæ, masculo habitu præditæ
menstruis inculpatæ carent. Maximè verò conceptus menses
supprimit, ob fetus formationem, & nutritionem: quin et jam
plerung, lactatio, sanguine superfluo in generationem lactis
abeunte.

I V.

Violenta menstrui suppressio vel uteri clausuram se-
quitur: quales fœminæ vocantur Arretæ, velatae, non perfora-
tæ: de quibus hic negotium non est: vel ex alijs præter natu-
ram

rum causis dependet : de quibus in praesentia disquirendum. Quamvis etiam vacuatio mensium quandoque sit imminuta, quandoq; abolita : quorum differentia tantum causarum ratione secundum magis & minus existit : nos tamen hoc loco de omnimoda mensium suppressione, quâ cognitâ diminutis etiam subvenire non difficulter poterimus, in primis ov̄ētōis instituemus.

V.

Suppressa proinde menstrua, que Gracis θεοχή τῶν ἐμπρήσθων, ή ναταργυνών θέμιζεται nuncupantur, sunt excrements sanguinis, preter naturam in utero resistantis, ob facultatem excretricem penitus ociantem. Genus in hac definitione formam exprimit, cuius an: ea ratio data: pariterq; symptoma determinat, preter naturam non excunis; & quidem sanguinis, ad aliorum humorum discrimen.

V I.

Pars affecta per se colligitur e definitione, nempe uterus, cuius excrementum sanguineum subsistit. Et ita matris hoc effluvium ab alijs sanguinolentis distinguitur : cuiusmodi sunt hemorrhagia narium, pulmonum, &c. Neque vero Uterus solum hic baborat, sed aliquando etiam vena ad uterum pertinentes.

V I I.

Efficientium causarum dispar occurrit familia. Sunt enim quedam primitiva vel extrinseca: quedam intrinseca: quedam continens.

V I I I.

Primitivæ causæ vocantur, que cum foris advenientes vel corpus vel sanguinem ita disponere possunt, ut debita vacuatio, quam natura poscit, intermittatur. Quod prestans aer calidus & siccus, humores adurendo & incrassando, meatusq; corrugando; frigidus etiam astringendo: cibi potusq; pau-

paucitas, vel nimia ingluvies: alimenta crassa, viscosa constringentia, fructus crudi & infringidantes, ingurgitatio aquae gelidae, laboriosum nimis exercitium corporis: hinc saltatrices, cantatrices ac virgines a menstruo sunt immunes: ocium diurnum, vita sedentaria, sanguinem incrassans, medicamenta impensè calefacentia, febres ardentes, hec tice & alij morbi acuti, corpora nimium extenuantes, multæ narium, vel hemorrhoidum, vel per os aut anum fluxiones, venæ sectio non miru ac sudores copiosores, animi passiones, ut vigilia, mœror, timor, subita consternationes, curæ, ob quas vidua sapientia non purgantur: illa etiam, quæ sanguinem fluentem vel fluxum circa venas uteri congelare natu sunt, ut medicamentum frigidum forinsecus intempestivè applicatum; lotio pedum frigida, descensus in aquam gelidam nudis pedibus, ut sepe lostricibus contingit, in primis tempore menstruationis.

I X.

Intrinsecæ spectant è mente Galeni vel ad humores, vel ad vasa. Sanguis n. crassior, viscosus, lentus, cuiusmodi in fecoris, mesenterij vel splenis oppilatione si; aut paucus ex inedia, χλωτες imbecillitate, vel diversione per sudores aut alias fluxus; aut nimius, cum crassitie, menstruam vacuationem non tam promovent, quam remorantur.

X.

Vasa quatenus in orificijs angustiam patiuntur, nunc ab obstrukione, quam crassa, viscida vel copiosa pròducit materia; nunc à coalescentia, quam ulcera matricis accersunt; ut sepe post abortum; nunc ab obseratione propter annatam carunculam vel pelliculam: nunc à compressione per tumores vicinarum partium, vel copiam pinguedinis in omento; nunc à constrictione matricis, vel hujus colli: nunc ab uteri densitate quam vel intemperies interna frigida, vel externum gelu potest inferre: talia prohibent sanguinis menstrui in uteri cavitatem descensum.

E

ii. Sed

X I.

Sed & modo totius corporis vitiis, modo partium culpa
mensum subsistentia sequitur. Totius quidem causa, si corpo-
ris habitus fuerit calidior, siccior, aridior vel exanguis, sive na-
tura; sive propter morbum antegressum, nempe febres arden-
tes, hæticam, quartanam, scabiem, pustularum eruptiones: aut
frigidior, obesior, &c.

X I I.

Partium respectu, jecoris aut spenesis dyscrasias vel obstru-
ctiones ad loca muliebria sanguinem non transmittunt: Uteri
caliditas intensa resiccando contrahit & indurat; frigiditas
condensat, calorem debilitat, & meatus occludit, ut humor licet
affluat, excludatur.

X I I I.

Continens tandem causa, languor vel summa debilitas
expultricis est, undecung producta sit, sive à toto, sive certis à
partibus: Infirma vero excretice potentia, succedit reten-
tricis robur, unde haec potentius sed contra naturam operatur.

X I V.

SIGNA porrò nos luculentius in causarum, qua non
nihil alias obscuriores sunt, investigationem deducunt. Illa ve-
rò vel communia sunt, vel specialia.

X V.

Communia multò magis affectum, quam causam desi-
gnant: eademq; fere, que p̄focatis accident, hic adsunt, ut in-
solita corporis gravitas; dolor circa lumbos, femora, collum,
fynkiput & oculorum radices; cibis fastidium & nausea, vel a-
liquando etiam febris, mensum defectus intra annum etatis
14. & 50, sterilitas: os uteri clausum ac durum, tumor præter
naturam in ilibus, urina crassa vel nigricans cum rubra qua-
dam sanie, vel restitans: uteri p̄focatio & inversio: respi-
rationis difficultas, tussis arida, mammarum cum lacte turgor
absq;

absque conceptione & partu: decoloratio faciei & alia accidentia.

X V I.

Specialia signa differentias causarum manifestant, non equidem primitivas, que potius è relatu vel agorantium vel astantium colligendae: sed internas, videlicet sanguinis & pectorum & genitium, vel totius aut partium dyscrasiam, vel obstructiones.

X V I I.

Sanguinis enim crassitudinem & viscositatem vel habitum pituitosum detegunt premissa dieta frigidior, color corporis albicans vel plumbeus, frigiditas mollicies & intumescens partium, vene & eminentes virides aut nigricantes, praesertim in erubibus, pigritia, somnus gravior, cibi fastidium, pulsus rarus, urina multa, sitis nulla, veneris inappetentia.

X V I I I.

Sanguinis inopiam vel suffitatem patefacit inedia precedens, corporis extenuatio & squalor, venarum inanitio vel obscuritas, pulsus durus, color lividus vel pallidus, ventris nulla gravitas, nullus dolor aut tumor: & exantlati morbi, febres vel aliae agritudines.

X I X.

Sanguinis multitudinem significat venarum tensio, dolor, non modo ventris cum gravitate, sed etiam capitis acrior, splendor ante oculos, sanguinis vomitus, aut per nares effluvium.

X X.

Venarum coardatio conjicitur, si naturalis fuerit, è corporis constitutione, lumborum partiumq; vicinarum compressione, mensum paucitate vel privatione, diutius durante: si ascititia, è plurimo refrigerantium & astringentium usu, sanguinis crassitie, & alijs uteri affectibus.

X X I.

Quod si totius corporis ob consensum, vel certe partis ob vitium purgatio mensium subsistat: illius vel hujus lesions ac morbi, quos peculiaria denotabunt indicia, sentientur, utero interim non male constituto.

X X I I.

Sed è re medici futurum speramus, si matricis intemperies ad hoc malum promptiores optimè perpendat. Ita enine theoria plenior, curationem suggesteret feliciorem. Potissimum verò calida, frigida, & secca dyscrasia matricis actionem depravant, vel pessundant.

X X I I I.

Calidam uteri intemperiem contestatur ardor, rubens corporis color, sitis, pulsus velox, somnusq; brevior, Frigidam totius corporis horror, torpor, pigritia, faciei livor, pulsus tardior, somnus profundior; Siccam uteri stupor, duricies, corporis ariditas, ac suffitus, infraadibitus, nec ad superiora penetrans.

X X I V.

Obstruentes verò alias causas, utpote membranam, carnosam substantiam, cicatricem vel uteri conversionem deprehendemus, vel è precedentibus uteri ulceribus, difficulti partu, tumore proternaturali, patientis relatu vel obstetricis prudenter animadversione. Sed hujusmodi rariores casus, qui vix omnem menstrui suppressionem prestare possunt, non adeo moramur.

X X V.

A diagnosticis signis, antequam ad indicationes curativas & ipsum opus accedamus, prognostica prius expendenda sunt, que medicum de morbi magnitudine, futuroq; eventu certiorem facient, ut quantum remedij obtinere possibile sit, quasi divinando, praedicere posset.

26. In

X X V I.

In genere proinde cum Hippocrate l. 5. apb. 57. pronun-
ciandum; si menstrua non fluunt, ex utero morbi contingunt,
si verò non prodeant & neque rigor, neque febris, neque cibi
fastidium superveniat, pregnantem censio s. apb. 61.

X X V I I.

Quae mulieres uterum gestarunt, à menstruo prater na-
turam cohibito, minus afficiuntur, quam quæ nunquam con-
ceperunt.

X X V I I I.

Menstruis deficientibus, ubi sanguis è naribus profuit,
bonum, s. apb. 33. Quamvis enim retentionem videatur au-
gere, & à loco proprietate vellere sanguinem: tamen ex acci-
dente iudat, quatenus & vasa deobstruit, ac non parum va-
cuat, & à plurimis morbis alioquin impendentibus preservat.
Et hæc non solùm de hemorrhagia narium, sed etiam de fluxu
hemorrhoidum Galenus in commento dicti aphorismi, valere
scribit.

X X I X.

Urina quoque nigra, mensibus jam suppressis, superven-
iens, indicat collectum sanguinem in vesicam iter affectasse,
ideoq; majorem affectus remissionem, quam difficultatem vel
exacerbationem sberandam, ut ex Erasistrato Galenus l. de atra
bile c. 8. declaravit.

X X X.

Sanguis insuper ab effluvio consueto coercitus, prout va-
rias corporis partes invadit, ita multifarias inducere potest
aggritudines; non solum utri tumores inflammationes, stran-
guriam, rephrictidem, podagram, varices, apostemata varia,
sed & cachexiam, hydrope, si ad Epar, ai orexiā, sangu-
nis vomitum, si ad ventriculum, tristim, asthma, febres, hypo-
thimiam, cordis tremorem, phthisin, prefocationem, si ad pe-

*Hus; vertiginem, epilepsiam, maniam, apoplexiā, melancho-
liam, paralysin, cruentas lacrimas, si ad caput redundat.*

XXXI.

Periculosis tamen illa mensū detentio, quæ cum gravissimis symptomatib⁹ diuturnior, & quæ à partu contingit, desperata, quæ ab ulcerum cicatrice, vasorum oscula in utero excœcante, vel à pellicula vel à caruncula, vel à cervicis uteri perversione proficiscitur.

XXXII.

Indicationes in hoc malo requirendæ sunt, vel ab internis causis, vel à loco primariò laborante. Causis ascribitur non tantum proxima, quæ facultatis expultricis est coibitio: sed & hujus alia, quæ in se considerata morbos varios constituunt, ut sunt obstructio, coalescentia, constipatio, compressio, subsidentia, densitas,

XXXIII.

Obstructio respectu materie obstruentis, plurime frigida, crassa, viscosa, remedium postulat evacuans, calefaciens, attenuans, detergens: Coalescentia desiccans, & cicatricem absumens: constipatio per membranulam vel carunculam facta, destruens illam: Compressio, vel id, quod tumorem removet, vel id quod pinguedinem consumit: Subsidentia vel contorsio matris aut hujus colli; repositionem. Densitas uteri, si à frigido proveniat, calefaciens; sin à sicco duriciem quoq; consecuta, pariter humectans & emolliens.

XXXIV.

Affectus partis, uteri videlicet, intemperies si fuerit caida, quæ plerung; cum siccitate conjuncta, suadet, non infrigidans vel astringens, sed potius humectans ac relaxans. Sin frigida, calefacentibus alteranda. Qualibet vero specificis conservanda.

85. Sic

XXXV.

Sic itaq; , prout Indicantium diversi sunt fontes ; C U R A T I O quog; dispar ordinanda . Cavendum tamen ante omnia , ne menses ijs , quibus nec elici debent , nec arte profluunt , evocare annitamur . Neg; enim gravidis , neg; lactantibus , nec extenuatis aut longo morbo confectis , neg; larga sanguinis per nares aut hemorrhoides profusione debilitatis , neque viraginibus ac laboriosis fæminis , quibus impune si ne omne molestia menses deficiunt , aut quibus ex uterica trice substiterint , justoquè diutius non apparuerint , arte provocandi .

XXXVI.

Si tamen è longiore menstrui mora subsequentur sanitatis incommoda , propiciendum est tempestivè præsidij medicis , ut antequam radices agat , morbifice causa resistatur . Quod vel per Chirurgia; , vel medicamentorum vel Diætæ commodi gressis opem præstari poterit .

XXXVII.

Desperata licet quandoq; sit in aliquibus sanguinis per uterum vacuatio : si tamen ex hoc noxa quedam corpori inferatur , per alias vias & per intervalla minuendus est , vel pblebotomia , vel cucurbitulis vel hirudinibus vel cauterijs : quin et jam frictionibus & exercitijs discutiendus : vel frequentiore purgatione ventilandus est .

XXXVIII.

Phlebotomia militat non solum in corporibus phlethorics , ubi vasorum datur eminentia : sed et jam in emaciatis , ubi venæ tamen replete vidontur . Ac primum quidem in cubito dextri brachij vena communis aperienda , propter copiam sanguinis adhuc quiescentis , imminuendam : & hoc procul à tempore mensum , videlicet decimo aut decimo quinto die faciendum . Postmodum Vena poplitis aut malleoli

3. aut

3. aut 4. die ante mensum reciprocationem tundenda, propter
fanguinem jam agitari incipientem.

X X X I X.

Quod si sanguis circa uterum redundat, vel etiam in
toto corpore, propter venas matricis obstructas, tunc et jam su-
periorib[us] venis neglectis, confessim ad inferiorum apertione[m]
paulo ante tempus fluxionis consugiendum, ut et a sanguis cras-
fior, orificia vasorum concludens, minatur, oppilatio solvatur,
ille vero mobilior ac fluxibilior evadat, & a supernis revellatur;
quin et jam ut expultrix segnior hoc motu ac dolore irritetur,
& ad assuet& purgationis munus suscitetur.

X L.

Cucurbitula nonnunquam scarificatae locum venæ se-
ctionis explent, si mulier sit candida, obesa, cui venæ sunt exi-
les, profunde, latentes, viriumq[ue] lapsus facile impendet. Hic e-
nīm tutior est scarificatio, quam phlebotomia, ne multorum
sunt spirituum resolutio: & illa quidem femoribus, cruribus aut
talis adhibenda, ut nihilominus a superioribus ad uterum fiat
derivatio. Nonnunquam siccæ cum flamma copiosore pri-
mū sub mammis, mox ad inguina vel puberi, vel et jam femo-
rā supponuntur, ut ibidem aliquam diu relicta sanguinem deor-
sum impellant.

X L I.

Hirudines ani venis hemorrhoidalibus affigenda sunt,
maxime si tument & humore melancholico scarent, nec alijs
auxilijs insigne levianie succedat, quod tamen non sub men-
strui fluxus instantia, sed antea tentandum. Ita quoque de
cauterijs, que cruribus applicanda veniunt, extremo loco sen-
tiendum.

X L II.

Frictiones insuper ac ligaturæ fortes, ob causas superius
expositas in cruribus instituendas sunt: pedibusq[ue] calide lotio-
nes

nes: inferiori ventri fomentationes non sine magno fructu
poterunt applicari.

X L I I I.

Medicamenta, suppressis menstruis viam referantia,
vel generica, que nunc totum corpus, nunc partes alias, à qui-
bus causa retentionis originem dicit, respiciunt: vel Partico-
laria sunt, utero singulariter addicta.

X L I V.

Generica totius gratia convenientia medicamina, que
vel primas vias emolliunt, ac lenientia dicuntur; vel humores
ad faciliorum vacuationem preparant, que vulgo Digestiva: :
vel apparatos jam sine difficultate ac molestia subducunt, ut
Catbaratica.

X L V.

Lenientia, que communem in prima corporis regione
cumulatam siccurredit diluunt, ac ductibus complanatis evo-
cant, temperata sunt, ac diversis humoribus accommodata: :
ceu Cassia fistularis, manna jujubarum, prunorum, sebesenon-
rum, passularum decoctum, syrups violaceus, rosatus soluti-
vus, mel rosat, solutivum, electuarium lenitivum, species bierae
& similia.

X L V I.

Præparantia varys non minus humoribus appositiæ seli-
genda sunt: ut pituitæ crassiori & viscosa, velut obstructionis
matri, attenuantia, incidentia, detergentia ac deobstruentia;
sicut oxymel simpl. & compos. mel rosat. Syrupus de 2. radicibz,
byzantinus, de absynthio, hyssopo, arthemisia, cum decocto vel
aquis apij, betonica, petroselinii, nepita, faeniculi, pulegi, &c.
Bili flavæ, massam sanguinis interdum, licet rarius, incrass-
santi, conferunt alterando ac dissecando syrup. violarum, bu-
gloss. rosarum, de Endivia, de cichor. cum aquis aut decocto
bord. borrag. bugloss. viol. Eupatorij, capill. ven. &c. Melan-
cho-

cholico succo syr. de succo borraginis, de pomis, de Epithymo, de fumaria cum decocto vel aquis earundem plantarum, vel prunorum, passularum, radicis scorzonerae, buglossa, flor. viol. borrag. Epithymi, &c. Sed hujusmodi potionēs sepius reiterande & in majore dosi propinanda sunt, ob transitum à ventriculo ad uterum, longiorem.

XLVII.

Cathartica similiter ad sanguinis indolem sint compara-ta. Pituitosus enim agarico, turperbo, mechoacanna, bermodactilis vel infusis, vel decoctis, vel in pulvere usurpatis, aut ex his compositis, speciebus Hierapicra, Elect. diaphoenic. Indo, pil. alephang. de agarico, foetidis, aggregat. de hieracum colocynth. de bermodactylis, de sagapeno, &c. Bilio-sus Rhabarbaro, mirobalanis citrinis, thamarindorum pulpa, vel ex his concinnatis, Diacathol. Diacaſ. diapruno solutio-no, Elect. de succo ros. de psyll. pil. de rhabar. sine quibus, aureis, de aloë: melancholicus humor, sena, Epithymo, poly-podio, Elect. diaſen. tenitido, Hiera Pachij, confectione ba-mech. pil. de fumar. Indi minor. de lap. Lazuli, Extracto el-tebori nigri & similibus educendus.

XLVIII.

Particularia remedia, quae præcipue spectant uierum, vel ad hujus morbos; vel ad mensum provocationem diriguntur. Illi, quorum tyrannidi coabitus menstrui fluxus adscribitur, ut sunt obſtructio, inflammatio, dyscrasia multiplex, caro ſuperflua, callus, &c. legitima prius methodo ſunt expugnandi, quam ad ea, quae menſes peculiariter elicunt, ſunt transiſtus.

XLIX.

Vocantur haec uterina, quod utero præcipue dicata-sint, & ejus actionem promoveant, incommoda propul-sent. Calida verò plerunque ſunt in ſecundo vel tertio recessu;

(pau-

(paucā enim frigida sunt & debiliora pro mensibus evocan-
dis: ut capill. ven. polytrichum, radices oxal. sylv: & his, ubi
febres vel alij morbi calidiores complicati sunt, utendum
Capiv.) citra vehementēm siccitatem, tenuis essentia insigni-
ter amara vel acria, que viribus integris in distantiora corpo-
ris loca penetrare, sanguinem fundere, crassum attenua-
re, lentum detergere, venarum ora, vel in uteri cavitatem,
vel in cervicem defnentia referare, & expulsericem ad offici-
um suum revocare possunt. Et hæc in triplici sunt differen-
tia: Mitiora, Mediocria & Validiora.

L.

Mitiora, à quibus initium capessendum, sunt radi-
ces asparagi, graminis, pentaphyll. cichor. intybi, sém. rufci, a-
sparagi, folia adianthi, Eupatorij, hypericonis, fumariae, melisse,
malvae, silviae: fructus orobi, ciceris, lupini, phaseoli; carice,
oleæ, juglandes, amygdala amara, passula; quorum nonnulla
tametsi parum siccata sunt, emolliendo tamen attenuandoq. va-
sorum oscilla recludunt.

L. I.

Mediocria mensibus in ordinem redigendis inservi-
unt radices aristolochiae, rubiae, capparum, Ircos, enule, gen-
tiane, eryngij, asari, smyrnij, peucedani, herba cum flori-
bus ac seminibus petroselini, anisi, anethi, ameos, carvi,
dauci, fœniculi, levisticæ, saxifrage, nasturtij, raphani, be-
tonice, cumini, valeriana; baccalauri, Juniperi, folia ab-
rotani, arthemisie, capillorum veneris, calamintæ, pulegij,
origani, satureia, hyssopi, serpilli, scordij, marrubij, cha-
medryos, chamaephytios, mercurialis, ruta siccæ, flores ma-
joranae, chamæmeli, stoechadis, croci: juncus odoratus, cala-
mus aromaticus, anomum, cinamomum, cassia lignea, car-
damomum, cyperus, costus, galanga, zingiber, cubeba, piper,

castoreum, moschus, ambra, zibethum: è resinoſis, styrax, opopanax, ammoniacum, galbanum, sagapenum: & que ſunt bujus generis alia.

L III.

Validiora, morbis vehementiſimis neceſſaria, priscis non inuſitata fuerunt: unde non raro feliciores in curatione prædicantur, quam recentiores, qui præmetu ac diſſidentia ſolum blandioribus, quibus expugnari magnus affectus nequit, utuntur, ut agris non egrè faciant, ſed potius complacere poſſint. Sed illa veluti caute ſunt adhibenda, ne ventrem ſubvertant, febres inducant, matricem exulcerent: ita non ſine magno emolumento, ſi contumax alijs egritudo, poſtulanter: ut radix ciclaminis, bryonia, pyrethri; ſtabphis agria, ſabina, ſiliquaſbrum, cucurbita agrestis, bermodactyli, turbitb, colocynthiſ, veratrum album, Elaterium, flos eris, Euphorbiuſ, ſcammoniuſ, ſuccuſ tithymallii, cantharides, animalium ſella, alumen Aegyptiacum, theriaca, triphera magna ſine opio, & ſimilia.

L IIII.

Ex hiſ jam plurima conformantur remedia, vel intra corpus exhibenda, vel extrinſecus tantum applicanda. Dantur igitur intra corpus quedam, (modò non inedia, cachexia precedens, vacuatio nimia, conſuetudo vita laborioſa, morbus longus, vel ingens calor, reſiccati menstrui cauſa, repugnant) vel poſtiones, vel pulueres, vel electuaria, vel cujuſcunq; forme alia.

L V.

Potiones ſiunt aut è ſyrupis & aquis, de quibus ante dictum: aut è decoctis rad. fœnic. acori, petroselini, paeonie, folijs & floribus dictamni, majorana, artemiſie, pulegij, meliſſe, mercurialis, origani, ſem. faſiculi, anisi, ſquinanbo, cypero, calamo aromatico, paſſiſlis vel alijs, cum ſaccharo vel melle

melle condieandis : aut ex his stillatitij liquores vel aquæ hystericæ, cuiusmodi apud Quercetan, Rodericum à Castro & alios videre est, paratae, poterunt assumi.

L V.

Pulveres à Galeno l. de sang. miss. c. 18. magis probantur, si fuerint subtilissimi: sic enim promptius penetrant, & efficacius in sanguinem operantur. Tales è nepita, pulegio, sabina, dictamno, cinamomo, tenuissime tritis cum melicrato portando exhibit. Neoterici plures trag eas, è cassia lignea, aristolochia longa & rotunda, asaro, calamo aromat. cortic. rad. cappar. costo, dictamno, rad. Ireos, tormentilla, Eryngij, & alijs cum saccharo pulverisatis componunt, ac pulveres Dominarum vocant. Simili modo species Dialacce, Diamargar. cal. trochilos de myrrha contritos cum vino propinant. Ex his etiam cum saccharo in aq. artemisia dissoluto consciunt mortuos, rotulas, vel cum syrups misturas.

L VI.

Electuaria rursus vel è recentis pulveribus aut speciebus, & è conservis borraginis, melissa, rorismar. beton. scorzonere, ruta, vel ex antidotis magnis, ut theriaca, mitridatio, tryphera magna, confectione Alkermes, cum oleis destillatis anisi, carvi, cinamomi, citri, croci, junip. lauri, majoran. melissiperis, rutæ vel alijs commixta devorentur.

L VII.

Pilulas aliqui de myrrha, stoechade, rubia tinctorum, pulegio, cortic. citri, cassia lign. pipere longo, calamo arom. granis peonie, spica nardi & moscho deglutiendas prebent. Alij Extracta a calam. arom. Eryngij, Ireos, Sabina & alia censent fructuosa.

L VIII.

Extrinsecus nunc linimenta vel unguenta, nunc emplastrum, nunc fomenta, vel sacculi, nunc suffumigia inferius ac-

commodanda; nunc insessus vel balneum conductet: nunc, ubi
maritata fuerint, uteri clysteres vel pessuli. Verum & hec, è
quibus ordinanda sint, tūm è modò dictis, tūm è priore disputa-
tione conjicere sat luculentum est.

L V I I I .

Præ reliquis a. tam externis, quād internis medicinis u-
nicè laudata sunt ab Hipp. l. 5. apb. 28. suffumigia ex aromati-
bus, quod muliebria ducant. Hac n. per tubulum in matricis
cervicem, cum fumo immissa potentissimè movent uterum,
venasq; recludunt, ut muliebria subsequantur: nec metuend-
dum hic est, ut in tam brevi transitu medicamentorum virtus
ita exhalet ac dissipetur, ut in ijs, qua vel per os assumta fue-
runt, vel exterius apposita: nec ullum jecoris, aut aliarum par-
tium à tam jucundo vapore sequetur incommodum, ut ab in-
ternis timendum. Si modò mulieris abdomen cingulo constrictum
gatur, ne suavis ille suffitus justo altius assurgat, capitisq; gra-
vitatem pariat.

L X .

Superest VICTUS RATIO, seu regimen sex rerum
non naturalium, que pro causa rūm diversitate, multipliciter
contemporane sunt. Calida n. si corporis ac uteri molestet in-
temperies, infrigidante & humectante diata corrigatur: fri-
gida, cum plenitudine & obstructione, victum attenuantem
& incidentem, fortiora ac frequentiora exercitia, frictiones
infernacum partium, ligaturas, sonnum breviorem & cre-
bram cum thalami socio consuetudinem requirit: Emaciatus
corporis habitus alimenta pleniora & evxvua desiderat &
insuper exerventionem breviorem, frictiones leniores ac dul-
cium aquarum balneas admittit. Denig, nihil omittendum est,
quod ad universi corporis & reliquarum partium robur, inpri-
mis vero uteri, conservandum & augendum conferre
videatur.

F I N I S .

Ela 4367.s. 5



TA-OL
(Titel 16 u.
17 muß

durch Handschriften
abt. erfasst werden
19.10.99 J.Ske)

VD17

B.I.G.



νων δέχιατεω τετραπλίσιω
De
MATRICIS PRÆ-FOCATIONE
De
MENSIMUM PRO-VOCATIONE
Gymnasmata medica
SUB PRÆSIDIO
TOBIÆ TANDLERI, PHILOS: ET
MED. DOCTORIS AC PROFESSORIS
ordinarij,
In Illustri ad Albitum Academia,
Pro suprema artis Apollineæ laurea,
Publicè respondendo subibunt,
Ita sortis arbitratu collocati,
ANTONIUS KRÖS DRESDENSIS,
BALTHASAR HETTENBACH VVITTEBERGENS.
M A U G U S T U S C A D E M A N N U S D R E S D E N S I S .

In Auditorio magno horis matutinis ac pomeridianis,
Ad d. 14 Aprilis A. C. 1700. Ioc. XIV.

VVITTEBERGÆ,
Ex Officinâ Typographicâ Iohan. Gormanni.

